

cerum Academicorum examine totus Amplissimus Senatus ratum esse voluit. Nihil ergo restat, præstantissime Domine Canditate, quam ut mecum in amœna Musarum & Apollinis vireta divertas & pro conficienda Laurea corona Medica mox tibi imponenda, flores varios huic intentioni servientes decerpas, non solū ornatus gratia, sed ut fragran-
tia sua per totā vitam ceu signa quædam gētilitia, hierogly-
phica quadam declaratione te officii tui cōmonefaciant.

Quod autem in communi proverbio dicitur, à maxi-
ma parte denominationem fieri, nos adhortatur, ut à
Lauro faciamus initium. Nostri *Laurum* arborem exoticam
esse non indigenam, quam ob causam cum adjectione fre-
quenter *Alexandrina* dicitur: Sic etiam tibi quicquid in te
Lauream Medicam promeruit, aliunde venisse statuas, à Deo
videlicet ter opt. max. omnis bonitatis auctore, qui præce-
ptoribus tuis mediantibus τό γνωστὸν intellectus illustrare
voluit: tuum erit erga D E U M pie vivendo, erga præcep-
tes, grata observantia, quod in te collatum est, prædicando
hoc ipsum agnoscere. Si *Lauri* qualitates cōsideras, insignis
amarities sese offert, quæ tamen nō obstat, quò minus utili-
ter variis affectibus pro conservatione sanitatis inservire
possit. Ita te quoq; qui *Lauream Medicam* promeruisti labor
& molestia rerum inquirendarum & preferendarum mini-
mè deterreat: Sicut enim à juvantibus *Lauri* qualitatibus
amarities abesse non potest, ita in posterum *Laureæ Medicæ*
finem, nominis videlicet celebritatem, ex gravissimo-
rum morborum cognitione & curatione comparatam, si-
ne molestiis atque laboribus non conqueris. *Laurus*
inter alia partum difficilem accelerare dicitur: sic tibi
quoque promerita Laru in posterum difficulter non
accidet, ea quæ studiis & laboribus Herculeis, hactenus
tibi comparare voluisti, & gestatione temporis diutur-
ni, mag